



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum voluntas sit altior potentia quam intellectus, vel econuerso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

medium, vel sine medio. Et quando quidem differ-
 entia essentialis obiectorum, in quantum obiecta
 sunt, sunt, ut videtur per se aliquid specia-
 le obiectum animae, ex hoc diversificatur potentia: sed
 non genera potentiarum, sicut sensibile nominat
 non obiectum animae simpliciter, sed quoddam obie-
 ctum quod praedictis differentiis per se dividitur. Vnde
 visus & auditus & tactus sunt diversae potentiae spe-
 ciales ad idem genus potentiarum animae pertinen-
 tes. sed ad sensum. Sed quando differentiae acceptae di-
 vidunt ipsum obiectum, eodem acceptum, tunc ex
 tali differentia innotescunt diversa genera poten-
 tiarum: dicitur autem aliquid esse obiectum animae
 secundum quod habet aliquam habitudinem ad ani-
 mam: ubi ergo invenimus diversas rationes habitu-
 dinis ad animam, ibi invenimus per se differentiam
 in obiecto animae demonstrantem diversum genus
 potentiarum animae. Res autem ad animam invenitur
 duplicem habitudinem habere. Vna, secundum quod
 ipsa res est in anima per modum animae, & non per
 modum sui. Aliam, secundum quod anima compa-
 ratur ad rem in suo esse existentem. Et sic obiectum
 animae est aliquid dupliciter. vno modo in quantum
 narum est esse in anima non secundum esse proprium,
 sed secundum modum animae. i. spiritualiter, & haec
 est ratio cognoscibilis in quantum est cognoscibili-
 le. Alio modo est aliquid obiectum animae secundum
 quod ad ipsum anima inclinat, & ordinatur secundum
 modum ipsius rei in seipsa existentis, & haec
 est ratio appetibilis in quantum est appetibile. Vnde
 cognoscitium & appetitium constituunt diversa
 genera potentiarum, vnde cum intellectus sub cog-
 noscituo comprehendatur, oportet voluntatem
 & intellectum esse potentias genere diversas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod distinctio poten-
 tiarum non ostenditur ex obiectis secundum rem
 consideratis, sed secundum rationem, quia ipsae rationes
 obiectorum specificant ipsas operationes poten-
 tiarum. Et ideo ubi est diversa ratio obiecti, ibi in-
 venimus diversam potentiam, quamvis sit eadem res
 quae subest utriusque rationi, sicut est de bono & vero. Et
 hoc patet in rebus materialibus. Nam aer patitur
 ab igne in quantum est calidus, secundum quod est
 in potentia aer calidus: in quantum vero ignis est lu-
 cidus, patitur ab eo secundum quod ipse est diapha-
 nus. Nec est eadem potentia in aere secundum quam
 dicitur diaphana & potentia calidus, quamvis idem
 ignis sit qui in utramque potentiam agat.

AD SECUNDUM dicendum, quod potentia dupliciter
 potest considerari, vel in ordine ad obiectum, vel in or-
 dine ad essentiam animae in qua radicatur. Si ergo vo-
 luntas consideretur in ordine ad obiectum, sic ad
 aliud genus a se pertinet quam intellectus, & sic voluntas
 contra rationem & intellectum distinguitur, ut dictum
 est. Si vero voluntas consideretur secundum id in quo
 radicatur sic, cum voluntas non habeat organum
 corporale, sicut nec intellectus, voluntas & intelle-
 ctus ad eandem partem animae reducuntur. Et sic
 quod intellectus, vel ratio sumitur prout includit in
 se utrumque, & sic dicitur quod voluntas est in ratione.
 Et secundum hoc rationale includens intellectum
 & voluntatem dividitur contra irascibile & concu-
 piscibile. Vnde patet solutio ad tertium.

AD QUARTUM dicendum, quod obiectum intellectus pra-
 cterit non est bonum: sed verum relatum ad opus.
 AD QUINTUM dicendum, quod velle, & cognoscere non
 sunt actus unius rationis, & ideo non possunt perti-

A nere ad unam potentiam, sicut cognoscere dulce
 & alium, vnde non est simile.
Vtrum voluntas sit altior potentia quam intelle-
 ctus, vel e contra.
VNDERTIMO quaeritur, utrum voluntas sit al-
 tior potentia quam intellectus, vel econver-
 so. Et videtur quod intellectus sit nobilior & altior.
 Nobilitas enim animae consistit in hoc, quod est ad
 imaginem Dei: sed anima est ad imaginem secun-
 dum rationem vel intelligentiam. Vnde Aug. dicit
 in 3. super Gen. ad literam. Intelligentius in eo factus
 hominem ad imaginem Dei, quo irrationalibus ani-
 mantibus antecellit: id autem est ipsa ratio vel mens
 vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo commo-
 dius appellatur, ergo excellentissima potentia anime
 est intellectus. Sed dicendum, quod sicut imago est
 in intellectu, ita etiam in voluntate, cum imago se-
 cundum August. in lib. de Trinitate attendatur secun-
 dum memoriam intelligentiam & voluntatem.
 ¶ 2. Sed contra, ex quo nobilitas animae penes ima-
 ginem attenditur, oportet quod illud sit excellen-
 tius animae, ubi magis proprie invenitur ratio imagi-
 nis: sed si imago sit in voluntate, & in intellectu, ma-
 gis proprie est in intellectu quam in voluntate, un-
 de Magister in 2. Sent. dist. 16. dicit imaginem esse
 in cognitione veritatis, similitudinem in dilectione
 boni, ergo oportet quod adhuc intellectus nobilior
 sit quam voluntas.
 ¶ 3. Praet. Cum de potentia iudicemus ex actibus,
 oportet ipsam potentiam esse nobiliorem, cuius
 actus est nobilior: sed intelligere est nobilius quam
 velle, ergo intellectus est nobilior quam voluntas.
 probatio medie est actus specificetur ex terminis,
 oportet illum actum esse nobiliorem, cuius est termi-
 nus nobilior: sed intellectus actus est pro motum
 ad animam, actus autem voluntatis secundum motum
 ab anima ad res, ergo cum anima sit nobilior rebus
 exterioribus, intelligere erit nobilius quam velle.
 ¶ 4. Praet. In omnibus ordinatis, quanto aliquid magis
 distat ab infimo, tanto est altius: sed infimum in pote-
 tiis animae est sensus, voluntas autem magis appropin-
 quat sensui quam intellectus, nam voluntas cum sen-
 sitivis potentiis communicat in conditione obiecti,
 sicut. n. sensus particularium est, ita voluntas: volu-
 mus enim particularem sanitatem in hoc univ. salu.
 quod est sanitas: intellectus autem est univ. salu.
 ergo intellectus est altior potentia quam voluntas.
 ¶ 5. Praet. Regens est nobilior rector: sed intellectus
 regit voluntatem, ergo est nobilior voluntate.
 ¶ 6. Praet. Illud a quo est aliquid, habet auctoritatem
 super ipsum & maiorem, si sit diversum in essen-
 tia: sed intelligentia est a memoria, sicut filius a patre,
 voluntas a memoria & intelligentia, sicut Spiritus san-
 ctus a patre & filio, ergo intelligentia habet auctori-
 tatem respectu voluntatis, & est maior & potentior ea.
 ¶ 7. Praet. Quanto aliquis actus est simplicior & im-
 materialior, tanto est nobilior: sed actus intellectus
 est simplicior quam voluntatis, & immaterialior, quam
 intellectus abstractit a materia, non autem voluntas,
 ergo actus intellectus est nobilior quam voluntatis.
 ¶ 8. Praet. Intellectus in anima comparatur splendo-
 ri in rebus materialibus: voluntas sive affectus calori,
 ut patet ex dictis Sanctorum: sed splendor est nobilior
 calore, cum sit qualitas nobilioris corporis.
 ergo intellectus est nobilior voluntate.
 ¶ 9. Praet. Illud quod est proprium hominis, in quantum
 est

capit. 10. in
 prio. com. 3.
 10. de Trin.
 6. 11. com. 3.

re. Ethic. c. 7.
a medio to-
mo 5.

cap. 7. non
procul a fi-
ne tom. 5.

Homi. 5. &
14. in Eze-
a medio. &
Hom. 3. ante
mediam.

cap. 7. & 8.

cap. 5.

sup. 7. parte
parum ante
mediam.

est homo secundum Philosophum in Ethicis, est nobilior eo, quod est intellectus, si ab solute considerentur non comparatio ad hanc, vel illam rem, sicut ordinem inveniatur habere, quod intellectus eminentior est simpliciter voluntate. Sed contingit multo eminentius esse comparari ad rem aliquam nobiliorem per aliquem modum, quam eius nobilitatem in seipso habet, quod videlicet illius rei nobilitas habet multo nobiliori modo, quam eam habet res illa in seipsa. Ita rem nobilitas illius rei in se alij rei, vel eque nobiliter, vel nobilior quâ in re cuius est, tunc ab se, cum dubitatione nobilitatis erit, quod in se nobilitate rei alterius habeat, quâ quod ad ipsam rem nobiliorem quâ licet cumque ordinatur. Rerum autem, quæ sunt animæ superiores formas percipit intellectus inferiori modo, quam sint in ipsis rebus. Recipitur autem in intellectu per modum sui, ut dicitur in libro de Causis. Et eadem ratione earum, quæ sunt animæ inferiores, sunt res corporales, formæ sunt nobiliores in anima, quâ in ipsis rebus. Sic igitur tripliciter potest sumi comparatio intellectus ad voluntatē. Uno modo absolute & in vniuersali, non respectu huius, vel illius rei, sed sic intellectus est eminentior voluntate sicut habet id, quod est dignitatis in re aliqua est perfectior, quâ comparari ad nobilitatem eius. Alio modo respectu ad res naturales sensibiles, & sic intellectus est simpliciter nobilior voluntate, ut oportet intelligere lapidē quam velle lapidem, eo quod formidat per se nobiliori modo est in intellectu secundum ordinem intellectu intelligitur, quam sit in seipsa secundum voluntate desideratur. Tertio modo in respectu ad res diuinas, quæ sunt animæ superiores, & sic velle est eminentius quâ intelligere, sicut velle Deum & amare quam cognoscere: quia diuina bonitas perfectior est in ipso Deo, prout a voluntate desideratur, quâ participata in nobis, prout ab intellectu concipitur.

¶ 10 Præ. Quâto aliqd est propinquius fini, tãto est nobilior, cū ex fine sit rō bonitatis in his q̄ sunt ad finem: sed intellectus v̄ esse propinquior fini quam voluntas, prius enim homo attingit finem cognoscendo ip̄sum, quam per uoluntatem appetendo ip̄sum, ergo intellectus est nobilior, quam voluntas.

¶ 11 Præ. Secundum Greg. in 6. Mora. contemplatiua vita est maioris meriti, quam actiua: sed contemplatiua pertinet ad intellectum, actiua vero ad uoluntatem. ergo intellectus est nobilior quam voluntas.

¶ 12 Præ. Philosophus dicit in 10. Eth. quod intellectus est optimum eorum, quæ in nobis sunt. ergo nobilior uoluntate.

SED CONTRA, perfectioris potentie, perfectior est habitus: sed habitus, quo perficitur voluntas, scilicet, charitas est nobilior fide, & scientia, quibus perficitur intellectus, ut patet per Apost. 1. Cor. 13. ergo uoluntas est nobilior intellectu.

¶ 2 Præ. Illud quod est liberum sui, est nobilior eo quod non est liberum: sed intellectus non est liberum, cum possit cogi, uoluntas autem est libera, cū cogi non possit. ergo uoluntas est nobilior intellectu.

¶ 3 Præ. Ordo potentiarum est secundum ordinem obiectorum: sed bonum quod est obiectum uoluntatis, est nobilior uero, quod est obiectum intellectus, ergo & uoluntas nobilior est intellectu.

¶ 4 Præ. Secundum Dion. in 5. c. de diuinis nominibus, quanto aliqua diuinarum participationum est communior, tãto est nobilior: sed uoluntas est intellectu communior, quia quedam participant uoluntatem, quæ non participant intellectu, ut supra dictum est. ergo uoluntas est intellectu nobilior.

¶ 5 Præ. Quanto aliquid est Deo propinquius tanto est nobilior: sed uoluntas magis appropinquat Deo quam intellectus, quia sicut dicit Hugo de S. Victore super 7. c. Cælestis Hierarchiæ, ibi dilectio intrat, ubi cognitio foris est, plus enim Deum diligimus quam ipsum possumus cognoscere. ergo uoluntas est nobilior, quam intellectus.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest altero eminentius dici & simpliciter, & secundum quid. Ad hoc autem, quod ostendatur aliquid esse altero simpliciter melius, oportet quod eorum comparatio attendatur penes eorum essentialia, & non penes accidentalia, quia per hoc attendetur unum alteri eminere secundum quid. Sicut homo si comparatur leoni, quantum ad differentias essentialia inuenitur leone simpliciter nobilior, in quantum homo est rationale animal, leo uero irrationale: leo uero est homine excellentior, si comparatur secundum fortitudinem corporalem. Hoc autem est esse nobilior secundum quid, ut ergo consideretur quæ earum potentiarum sit potior simpliciter, voluntas an intellectus, hoc ex parte eorum differentijs considerandum est, perfectio autem & dignitas intellectus in hoc consistit, quod species rei intellectæ in ipso consistit intellectu, cum secundum hoc intelligat actum, in quo eius dignitas tota consideratur: nobilitas autem uoluntatis & actus eius consistit ex hoc, quod anima ordinatur ad rem aliquam nobilem secundum esse, quod res illa habet in seipsa. Perfectior autem est, simpliciter & absolute loquendo, habere in se nobilitatem alte-

rius rei, quâ ad rem nobilem comparari extra se habentem. unde uoluntas & intellectus, si absolute considerentur non comparatio ad hanc, vel illam rem, sicut ordinem inueniatur habere, quod intellectus eminentior est simpliciter voluntate. Sed contingit multo eminentius esse comparari ad rem aliquam nobiliorem per aliquem modum, quam eius nobilitatem in seipso habet, quod videlicet illius rei nobilitas habet multo nobiliori modo, quam eam habet res illa in seipsa. Ita rem nobilitas illius rei in se alij rei, vel eque nobiliter, vel nobilior quâ in re cuius est, tunc ab se, cum dubitatione nobilitatis erit, quod in se nobilitate rei alterius habeat, quâ quod ad ipsam rem nobiliorem quâ licet cumque ordinatur. Rerum autem, quæ sunt animæ superiores formas percipit intellectus inferiori modo, quam sint in ipsis rebus. Recipitur autem in intellectu per modum sui, ut dicitur in libro de Causis. Et eadem ratione earum, quæ sunt animæ inferiores, sunt res corporales, formæ sunt nobiliores in anima, quâ in ipsis rebus. Sic igitur tripliciter potest sumi comparatio intellectus ad voluntatē. Uno modo absolute & in vniuersali, non respectu huius, vel illius rei, sed sic intellectus est eminentior voluntate sicut habet id, quod est dignitatis in re aliqua est perfectior, quâ comparari ad nobilitatem eius. Alio modo respectu ad res naturales sensibiles, & sic intellectus est simpliciter nobilior voluntate, ut oportet intelligere lapidē quam velle lapidem, eo quod formidat per se nobiliori modo est in intellectu secundum ordinem intellectu intelligitur, quam sit in seipsa secundum voluntate desideratur. Tertio modo in respectu ad res diuinas, quæ sunt animæ superiores, & sic velle est eminentius quâ intelligere, sicut velle Deum & amare quam cognoscere: quia diuina bonitas perfectior est in ipso Deo, prout a voluntate desideratur, quâ participata in nobis, prout ab intellectu concipitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Augustinus accipit rationem, & intelligentiam pro tota parte intellectiua, quæ comprehendit in se & apprehensionem intellectus, & appetitum uoluntatis, & sic uoluntas non excluditur ab imagine.

AD SECUNDUM dicendum, quod Magister appropriat imaginationem rationi, eo quod prout est similitudine ueni amanti, quia in comparatione ad Deum cognitio comparatur amorē, sicut imago perficitur & uenitatur per colores, & alia huiusmodi, quibus fit similis exemplari.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit quantum ad res illas, quibus anima est nobilior: sed eadem ratione potest probari præminentia uoluntatis in comparatione ad res animæ nobiliores.

AD QUARTUM dicendum, quod uoluntas non comparatur cum sensibus, nisi secundum quod fertur ad res sensibiles, quæ sunt animæ inferiores: secundum uero quod fertur ad res intelligibiles & diuinas, magis elogatur a sensibus quam intellectus, cū intellectus minus capere possit de diuinis, quam appetat & diligit affectus.

AD QUINTUM dicendum, quod intellectus regit uoluntatem, non quasi inclinans eam in id, in quo tendit: sed sicut ostendens ei quo tendere debeat. Quando ergo minus potest ostendere intellectus aliquid nobile, quam inclinatio uoluntatis fertur in illud, uoluntas est potior intellectu.

AD SEXTUM dicendum, quod uoluntas non dicitur ab intelligentia procedit: sed ab essentia animæ præsupposita intelligentia. Unde ex hoc non ostenditur ordo dignitatis: sed solummodo ordo originis, quo intellectu est prior naturaliter uoluntate.

Utrum uoluntas intellectum, & ceteras animæ vires moueat.

AD VII. Dicendum, quod intellectus non abstrahit a materia, nisi cum intelligit res sensibiles & materiales: cum uero intelligit res que sunt supra ipsum non abstrahit, immo recipit minus simpliciter, quam sint res ipsæ in seipsis. unde remanet actus uoluntatis, qui fertur in ipsas res prout in seipsis sunt, simplicior, & nobilior.

AD VIII. Dicendum, quod locutiones illæ, quibus intellectus splendori, affectus uero calori comparatur, sunt metaphoricæ. & ex tali locutionibus, ut Magister dicit in 3. Sententiarum non est trahenda argumentatio. Dion. etiam dicit in Epistola ad Titum, quod symbolica theologia non est argumentativa.

AD IX. dicendum, quod sicut intelligere est solius hominis, ita uelle: quamuis appetere sit aliorum, quam hominis.

AD X. Dicendum, quod quamuis anima prius feratur in Deum per intellectum, quam per affectum: tamen perfectius peruenit in ipsum affectus quam intellectus, ut dictum est.

AD XI. dicendum, quod a contemplatione uoluntas non excluditur. Vnde Greg. dicit super Exod. quod uita contemplatiua est Deum & proximum diligere. unde eminentia uite contemplatiua ad actiuam non præiudicat uoluntati.

AD XII. dicendum, quod Philo. loquitur de intellectu, secundum quod accipitur pro parte intellectiua, que comprehendit in se uoluntatem. Vel potest dici, quod considerat intellectum, & alias potentias anime absolute, non secundum quod comparantur ad hoc obiectum uel illud.

AD PRIMVM uero, quod in contrarium obicitur, dicendum, quod charitas est habitus perficiens uoluntatem: in ordine ad Deum, & in tali ordine uoluntas est nobilior intellectu.

AD II. Dicendum, quod libertas uoluntatis non ostendit eam esse nobiliorem simpliciter, sed in nobilitate in mouendo, quod ex sequentibus patebit.

AD III. dicendum, quod cum uerum sit quod bonum est enim bonum intellectus, ut patet per Philo. in 6. Eth. non est dicendum quod bonum sit nobilior uero, sicut nec quod animal sit nobilior homine, cum homo includat in se nobilitatem animalis & superaddat. Loquimur enim de uero & bono, secundum quod sunt obiecta uoluntatis & intellectus.

AD IIII. dicendum, quod uelle non inuenit in pluribus quam intelligere: quamuis appetere in pluribus inueniatur. Sciendum tamen est, quod in hac ratione non inducitur auctoritas Dionysii secundum eius intentionem propter duo. Primo, quia Dion. loquitur, quando unum includitur in ratione alterius, sicut esse in uiuere, & uiuere in intelligere, cum dicit unum esse simplicius altero. Secundo, quia quamuis participatio, que est simplicior, sit nobilior, tamen si accipitur cum illo modo, quo inuenitur in rebus carentibus, superadditis perfectionibus, erit ignobilior: sicut esse quod est nobilior quam uiuere, si accipitur cum illo modo quo inanimata sunt, ille modus essendi erit ignobilior, quam esse uiuentium quod est uiuere. & sic non oportet quod semper id, quod est in pluribus, sit nobilior, alias oporteret dicere sensum esse nobiliorē intellectu, & nutritiuam potentiam, quam sensitiuam.

AD V. Dicendum, quod ratio illa procedit de uoluntate in ordine ad Deum, & sic conceditur esse nobilior.

D VODECIMO queritur, utrum uoluntas moueat intellectum, & alias anime vires. & uidetur quod non, mouens. n. est naturaliter prius moto; sed uoluntas est posterior intellectu: nihil. n. amatur uel desideratur, nisi cognitum scdm Aug. in li. de Trini. ergo uoluntas non mouet intellectum.

¶ 2 Præ. Si uoluntas mouet intellectum ad ium actum, tunc sequitur quod intellectus intelligat; quia uoluntas uult ipsum intelligere: sed uoluntas non uult aliquid nisi intellectum. ergo prius intellectus intellexit ipsum intelligere, quam uoluntas illud uelle: sed antequam intellectus hoc intelligeret, oportet ponere, quod uoluntas illud uellet; ga ponitur intellectus a uoluntate moueri. ergo est abire in infinitum: uel dicendum quod uoluntas non mouet intellectum.

¶ 3 Præ. Ois potentia passiuæ mouetur a suo obiecto: sed uoluntas est potentia passiuæ, est. n. appetitus mouens motum, ut dicitur in 3. de Anima. ergo mouetur a suo obiecto: sed obiectum eius est bonum intellectum uel apprehensum, ut dicitur in 3. de Anima. ergo intellectus, aut alia uis apprehensiuæ mouet uoluntatem, & non e conuerso.

¶ 4 Præ. Quod una potentia dicatur aliam mouere, hoc non est nisi propter imperium, quod una super aliam habet, imperare autem est rationis, ut dicitur in 1. Ethic. ergo eius est mouere alias potentias, & non uoluntatis.

¶ 5 Præ. Secundum Aug. 12. super Gen. ad literam, mouens & agens est nobilior moto & facto: sed intellectus ad minus respectu sensibilibus est nobilior quam uoluntas, ut dictum est. ergo ad minus respectu horum non mouetur a uoluntate.

SED CONTRA est, quod Ansel. dicit in li. de similitudinibus, quod uoluntas mouet oēs anime vires.

¶ 2 Præ. Secundum Aug. 8. super Gene. ad literam, omnis motus procedit ab immobili: sed inter potentias anime sola uoluntas est, que est immobilis in hoc, quod a nullo cogi potest. ergo omnes alie vires a uoluntate mouentur.

¶ 3 Præ. Secundum Philo. in secundo Meteororū, omnis motus est propter finem: sed bonum & finis est obiectum uoluntatis. ergo uoluntas mouet alias vires.

¶ 4 Præ. Secundum August. hoc facit in spiritibus amor, quod in corporibus pondus: sed pondus mouet corpora. ergo amor uoluntatis mouet spirituales anime potentias.

RESPON. Dicendum, quod intellectus aliquo modo mouet uoluntatem, & aliquo modo uoluntas mouet intellectum & alias vires. Ad cuius euidenciam sciendum, quod tam finis quam efficiens mouere dicuntur sed diuersimode, cum in qualibet actione duo considerentur. scilicet agens & ratio agendi calor. In mouendo dicitur finis mouere sicut ratio mouendi: sed efficiens sicut agens motum, hoc est educens mobile de potentia in actum. Ratio autem agendi est forma agentis per quam agit, unde oportet quod in sit agens ad hoc quod agat: non autem inest secundum esse naturæ perfectū, quia hoc habito quietis est motus: sed inest agenti per modum intentionis. nā finis est prior in intentione, sed posterior in esse. & ideo finis præexistit in mouendo.

stra se est
lute colit
in re, iunc
us eminen
git multo
o nobilior
in se, p
multo mi
cipia. Si
ue nobilior
b; omni
bilior sit
bilior qua
untantia
feratur mo
aliqui in
Causis. Et
iores sunt
in anima
r sumi cō
do ab ob
illius res
sicut habet
perfectior
modo p
uerit in
vypocri
quod f
cū dicit
em et uo
cedat res
ille est
m & am
ghectus
ur, quā
cōcipit
Augustin
totā partē
appropi
tratis, d
appropi
uā in uo
nitio cō
atur per
emplari
la proced
obilitate
entia uol
liores.
sicut i ob
s sensibiles
o qd ferre
gatur a s
nus capere
affectum.
echus resp
id in quo
e debet
intellectus
tis ferat

nō dicit
nima p
n ostend
origina
tantate.